DE GENERE, ET DECLINATIONE NOMINVM, DEQ.

Præteritis, & Supinis Verborum Iacobi Philippi Gisberti tabulæ quattuor.

...ibus Antonij Nebricensis carmine libri secundi, & tota ratio Etymologiæ longe facillima redduntur in gratiam eorum, qui Grammaticæ a... faciunt tirocinium.

CVM INDICE.

NVMQVAM SINT.

TERÆ SINE

BONÆ LIT-



VIRTVTE.

BARCINONE,

Ex Typographia Gabrielis Graells, & Geraldi Dotil, Anno a Christo M. DCI.

Cum Licentia, & Priuilegio.

EGO Frater Paulus Ginoues ordinis Prędicatorum, Sacræ Theologiæ Magister, & eiusdem in Vniuersitate Barcinonensi publicus professor, legi ex Commissione Illustrissimi D. D. Ioannis Dimæ Loris Barcinonensis Episcopi, has quatuor Tabulas Iacobi Philippi Giberti, de Genere, & Declinatione nominũ, deque Præteritis, & Supinis Verborum, vna cum attributis partium Orationis, in quibus nihil inueni, quod fidei Catholicæ, vel bonis moribus repugnet, ac proinde cẽseo typis debere mãdari. Die 10. Ianuarij anno. 1588.

F. Paulus Ginoues
Magister.

NOS Ioannes Dymas Loris Dei, & sanctę sedis Apostolicæ gratia, Episcopus Barcinone, visa approbatione prædicta dicti libelli continentis quatuor tabulas de Genere & Declinatione nominum, deque Pręteritis, & Supinis verborum vna cum attributis partium orationis, edita a Iacobo Philippo Gibert concedimus licentiam imprimendi in nostra Diœcesi. Datũ in palatio Episcopali pręsentis ciuitatis Barcinone 17. Ianuarij. 1588.

I. Eps. Barcinon.

Don Manrique de Lara Lloctinent, y Capita general.

PER quant per part de vos lo amat de la Real Magestat Iaume Phelip Gibert batxiller en Arts, y lector de Grammatica en la Vniuersitat de la present ciutat nos es estat deduit q̃ attes ab vostre industria, y treballs a peticio de vostres dexebles aueu cõpost vn llibre de vnes taules peraq̃ los minyons ab mes facilitat pugan entendre lo segon llibre de la Grãmatica de Antoni de Nebrissa, de genere, & declinatione nominũ, deq. præteritis, & supinis verborum, y desliurar als principians de la difficultat dels carmens en lo principi de la art: y nos hajau perço humilmẽt suplicat fossem seruits attes dit llibre esta vist, y examinat per lo Reuerẽt Bisbe de la present ciutat concediruos llicencia en premi de vostres treballs de poder fer imprimir dit llibre, o taules; y qũe ninguna altre persona per lo temps a nos ben vist no puga imprimir aquell sino la que vostre poder tindra. E nos entes quant profitos, y conferent sia dit llibre, y que es estat vist, y aprouat per lo Ordinari, per fer nos be, y merce en remuneracio d' vostres tre-

 balls

balls auem tingut per be de condecēdre a voſtra peticio. Perço ab tenor delas preſents de noſtra certa ſciencia, y Real auctoritat de que vſam delliberadament, y conſulta donam llicencia, y facultat a vos dit Iaume Phelip Gibert de poder fer imprimir, y vendre dit llibre per temps de deu anys dient, y manant en virtud de les mateixes preſents a tots, y ſengles officials, ayxi Reals com de Barons, y a altres qualſeuol perſones a pena de ſinch cents florins de or de Arago dels bens del contrafahēs exigidors, y als cofrens Reals applicadors que la preſent noſtra llicencia, y facultad a vos lo demunt dit tinguen, guarden, y obſeruen, tenir, guardar, y obſeruar faſſen, ſi la gracia de ſa Mageſtad tenen chara, y en la demunt dita pena deſijen no incorrer. Abdicant en virtut de les dites preſents la facultat a tots, y qualſeuol impreſſors, o eſtampers de poder eſtampar, o imprimir dit llibre perlo dit temps, ſino la perſona q̄ voſtre poder tindra ços les mateixes penes, y de perdre los molles, y eſtampa de dits llibres. En teſtimoni deles quals coſes auem manat deſpedir les preſents ab lo ſagell Real petit al peu ſagellades. Dat en Barcelona a xvj. de Ianer. M.D.Lxxxviij.

Don Manrique de Lara.

Vidit Managat cancell.

Vidit Franqueſa R. Theſau. *Sebaſtianus Coſta.*

In di. Locumt. xviij. fo. lxviij.

IACOBVS PHILIPPVS GIBERTVS GRAMMATICÆ PRÆCEPTORIBVS, AC SVIS ITEM DISCIPVLIS. S.P.D.

QVI docendę Latinitatis prouinciã ſuſce
pimus, clariſsimi Grammaticæ præcepto
res, debemus (quemadmodum vos probe
intelligitis) ſummo ſtudio curare, vt præ
ceptiones quam breuiſsimę, expeditiſsi-
mæ, & intellectu facillimę noſtris pueris proponãtur,
docente Horatio, quid quid præcipias, eſto breuis. Sin
minus, vix ſupererit tempus adoleſcentibus, non dico
ad Encyclopediam abſoluendam, ſed neq. ad vnam vel
integram artem percurrendã. Hippocrate dicente, ars
longa, vita breuis. Nulla autẽ re artes breuius, & aper-
tius declarari compertum eſt, quam cum in quaſdam ta
bulas faciles rediguntur: vbi diſcriptæ totę, aut eius
prę cipuę partes ab auditoribus facilius cernantur. Hæc
breuitas, & docendi facilitas ſi in aliqua arte eſt neceſ-
ſaria, maxime in Grammatica: eſt enim nobis agendũ
cum ijs, qui facile obruerẽtur multitudine, & difficul-
tate præceptionum. Nam cum incipiant hac arte ad hu
manitatem informari, nulla alicuius fructus, quem ad-
huc deguſtare pótuerint, dulcedine ducuntur: ſola radi
cum amaritudine deterrentur, ſi amaritudo illa a prę-
ceptoribus non temperetur perſpicuitate præcipiendi.
Quo circa cupiens ego multitudini, & difficultati car-
minum Antonij Nebriſſenſis remedium aliquod, adhi
bere in veſtrum omnium gratiam, diſcipuli mei aman
tiſsimi, has quattuor tabulas in lucem educere decreui,
quibus genera, & declinationes nominum, præterita, &

 ſupina

ſupina verborum(quorũ expoſitio huius noſtræ claſsis eſt) non alio, quam patrio noſtro, & Cathalano ſermone vobis explanarentur: atque ita explanarentur, vt præceptiones de Genere,& Declinationibus, de Præteritis,& Supinis omnes habeatis paucis, & apertis verbis expoſitas,& magna exemplorum copia illuſtratas (quod verſibus Antonianis fieri, vix, aut nulla ratione potuit) atq. exceptiones ſingularum præceptionum numero,& ordine deſcriptas, ac collocatas, iuxta vulgare illud Methodi præceptum, in rebus tractandis numerus ſeruetur,& ordo. Nec volui hęc omnia alia methodo exponere, quam eiuſdem met Antonij Nebriſſenſis: arbitratus enim ſum, has meas tabellas, licet meis diſcipulis vtiles forent,& fortaſſe gratæ, ceteris alio ordine gratas non futuras, cum carmina Antonij hac noſtra in Hiſpania ab omnibus fere (et ſi pueris parum vtilia, vtinam ne tironibus obnoxia) tanquam quædam Apollinis oracula habeãtur. Quare non erit opus, arbitror, vos iam rogem, neque ceteros lectores, vt lucubratiunculam hanc libenti animo accipiatis: quoniam ſperaui ſemper, quibus adeo grata ſunt difficillima, & omni obſcuritate plena Antonij Nebriſſenſis carmina, ijs gratiſsimum fore illud, quo illa explicarentur, aut ſaltem non moleſtum. At dicetis, nouum eſt in hac noſtra ſchola, Grammaticas preceptiones patria,& vulgari noſtra oratione doceri. Nouum, fateor, ſed & hoc ipſum dolendum maxime,& plorandum erat. Nam hinc fit, ô diſcipuli, vt ad perfectam vſq. ætatem ſit quã plurimis perſiſtendum in audiendis præceptis Grammaticis,& in cognoſcendis ſignificationibus vel faciliũ verborum: declarantur enim a magiſtris eo ſermone, qui tironibus ęque obſcurus eſt, atque erant regulę (vt illi loquuntur) generales. Hinc tam multi proprietatem Latinæ linguæ ignorant: docetur etenim, non proprietate linguæ patriæ, quam norunt diſcipuli, ſed alijs La-

tinis

tinis verbis (glossæ ab eis appellantur) quorum signi-ficationē nūquā cognouerunt. O methodus docēdi præclara! O prudētia præceptorū summis laudibus prędicā-da! Ecquisnā obsecro vnquā dicet, ignota p ignota posse cōparari? Hinc præterea tam pauci proprie Latine loquuntur: nisi eos dicamus (vt illi dicūt) Latine loqui, qui in nullos tantū incidūt Soloecismos, improprietatē locutionis, quæ illis frequentissima est, nec cognoscentes, nec curātes. Hinc denique cū ad artes maiores deueniūt, tot rixæ excitantur, tot difficultates illis occurrūt quæ eo tandē referuntur pęne omnes, vt loqui prorsus didicerint, quod in pueritia, aut in adolescentia nō didicerūt. Veteres autē illi, quoniā hac proprietate, et vsu linguarū per pulchre polluerunt, omne genus artiū, & scientiarum longe accuratius, citius, & perfectius, quā nos, intellexerunt. Artes enim nūquā alio sermone didicere, & docuere, quā patrio suo, & proprio, eoq. quo ad fieri poterat, facili, & vsitato. Quid igitur miramur, si illi sunt nobis doctiores? Cū nos e cōtrario artē, qua nobis ad sciencias aperiendus est aditus, viaq. cōmonstranda, iā statim initio eis verbis discamus, & puerulos edoceamus, in quibus vel præceptoribus ipsis est aliquādo diuinā dū, quid sibi voluerit auctor præceptionis. Et (quod maximū omniū est) has difficiles præceptiones, non ab vno, eodēque magistro audimus, sed a sexcētis, quorum suus cuique mos est docendi, & interpretandi, & quorum sæpe sententiæ, vel inuidia, vel ignorantia sunt multum inter se discrepantes, itaut ad extremum puer quid sit tenendum, prorsus nesciat. Prisci illi hac in re fortunati, non Grammaticam tantum, sed omnes artes a Grammatistica ad primam vsque Philosophiam, sub vno, & eodem doctore profitebantur: vt Aristoteles viginti annos sub vno Platone, a quo fortassis, & omnem Philosophiam, & Mathematicas scientias omnes audiuit. Nos non omnes

ab vno, sed vnam a pluribus hoc tempore cogimur audire. Romani constituere aliquando, vt omnes pedagogi vna cũ puero publicis lectionibus magistrorum perpetuo adessent, ne in repetitione pueris alius sensus, aut intelligendi modus commonstraretur, atq. fuit a primo doctore traditus. Nostro vero tempore relegendi facultas omnibus, quiq. illi sint, liberalissime conceditur, magistris veró ipsis accerrime prohibetur. O infelices hac in re auditores nostrantes! Iubet vnus præceptor (in quibus ego) Grammaticæ tirones non vti verbis Latinis, donec præcepta loquendi aliqua probe cognouerint, idque coram ipsis magistris, a quibus possint statim corrigi, si in aliquos Barbarismos, aut Solœcismos inciderint, ne grandiores sit difficile, se ab huiusmodi erroribus purgare, more testæ recentis, quæ (vt inquit Horatius) seruabit diu odorem, quo semel fuerit imbuta Alius existimat, puerulos numquam in scholis inter sese, nisi Latine loqui debere, vel bene (aiunt illi) vel male, quo habitum, & facilitatem loquendi loquendo sibi comparent imitatione fabrorum, qui fabricando fiunt fabri. Quid ergo faciet puer in hac opinionũ varietate? Si posterior sententia sequenda est, vt illam Quinctilianus sequi videtur, male nos, & imprudenter Cathalano sermone tabulas nostras cõposuimus. Quinctiliani tempore, Grammaticæ præceptores, & vos discipuli mei studiosissimi, Latina lingua non præceptis, & arte aliqua parabatur, sed sola imitatione eorũ, qui eleganter loquerentur, quemadmodum nos Bæticum, Italum, aut alium quempiam sermonem obseruatione sola nobis comparamus. Vnde ait ille nutrices esse quærendas eas quidem, quæ elegantissime omnium loquantur. At hoc tempore non probantur (vt nec probari debent) ij, qui, neglectis omnino præceptionibus, ex auctoribus petunt omnem loquendi rationem: neque ij sunt probandi, qui solis præceptis addicti nũquã ver-

santur

ſantur in euoluendis optimis ſcriptoribus: ſed illi tantũ qui volunt præcepta eſſe aliqua, ſed pauca, & optima, quod reliquũ eſt, arbitrantur petendũ ex eleganti Latinæ linguæ vſu. Quapropter quod tũc tẽporis, quãdo Latinitas infantibus prope erat innata, erat optimũ cõſiliũ, nũc hac noſtra tẽpeſtate, quando arte primũ, deinde obſeruatione acquirẽda eſt, omnino mutãdũ: & idẽ ipſe Quinctilianus libẽter pateretur, in his noſtris ſcholis, cũ id exſpoſtulat rei difficultas, Hiſpane loqui. Atq. profecto cẽſeret vir ille docẽdi peritiſsimus (quod nos vbiq. firmiter tenebimus) præcepta Latine loquendi prius diſcẽda, & declarãda eſſe auditoribus patrio ſermone, quã quidquã loquãtur: deinde loquẽdũ vt in eis præcipitur: & ad extremũ poſtquã præcepta hæc probe intellexerũt, illis eſſe in poſterũ, de qualibet re ſuſcipiatur diſputatio, Latinis verbis perpetuo vtendum, atq. elegãtiores ſcriptores hac in re quã ſæpiſsime imitãdos, ſi velint ad Latinitatis, & Elegantiæ ſummũ peruenire. Quæ ſi ita ſunt, vt animo libenti fatebũtur qui aliqua docendi experientia valebunt, nulla prorſus reſtat æquabilis ratio, diſcipuli mei, quo minus hæ meæ tabellę ſint a vobis excipiẽdę, & hic meus conatus quo minus ſit ab omnibus Grãmaticæ præceptoribus laudãdus. Vos ergo, præceptores prudentiſsimi, valete diu incolumes, & qualecũq. eſt hoc opus boni cõſulite: vos vero, diſcipuli præclariſsimi, diligentẽ (vt inſtituiſtis) feliceẽq. bonis litteris operã nauate: & attributa partiũ Orationis, quę primo loco volui paucißimis verbis, iiſq. proprijs, & perſpicuis ſigillatim prępонere ex eodem Nebriſſenſi, æquo animo accipite: ſic ego contemnam, maledicta, & obtrectationes inuidorum.

ATTRI-

ATTRIBVTA PARTIVM ORATIONIS QVÆ VVLCVS GRAMMATIcorum vocat accidentia.

GRammatica est facultas legendi olim, & scribendi; nunc vero pure, proprieque loquendi.

Hęc constat VSV, quem appellamus Grammaticam Historicam, & ARTE, ex vsu collecta, quam, dicimus Methodicam.

Historica versatur in explicatione auctorũ, vt Ciceronis, Virgilij, & reliquorum.

Methodica versatur in exponendis pręceptionibus.

Finis Grãmaticæ est pure, proprieque loqui.

Officiũ est proprijs litteris scribere verba, & bona pronuntiatione loqui.

Materia Grammaticæ sunt litteræ, syllabę, dictiones, & oratio.

Hinc fit, vt partes Grammaticæ sint quattuor, Orthographia, quæ litteras considerat, Prosodia, quæ syllabas, Etymologia, quæ dictiones, Syntaxis, quæ orationem.

Litteræ apud Latinos sunt viginti duæ, a. b. c. d. e. f. g. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z. Sed. k. y. & .z. Græcæ cũ sint, vtimur tantũ in dictionibus Græcis. H. vero nota spirationis est, non littera, quarũ vsum tradit Orthographia.

Diui-

Diuidũtur litterę in vocales, quæ sunt sex, a. e. i. o. u. y. & cõsonantes, quæ sunt reliquæ omnes. b. c. d. f. g. k. l. m. n. p. q. r. s. t. x z.

Ex vocalibus nascuntur diphtongi sex.

æ. vt, Cæsar. eu. vt, euge.
œ. vt, fœdus. ei, vt, omneis.
au. vt, audio. yi. vt, cynomyia.

Consonantium quædam dicuntur semiuocales, quarum sonus incipit a vocali, vt, f. (quæ tamen muta dicitur a Prisciano.) l. m. n. r. s. x. z. quædam mutæ, quarum sonus in vocalẽ desinit, vt. b. c. d. g. k. p. q. t.

Ex vtrisque fiũt syllabæ, vt, ma, gi, ster, quarum aliæ lõgæ, aliæ breues, aliæ communes, vt alias docendum copiose in Prosodia.

Ex syllabis conficiuntur dictiones, vt, ex, ma, gi, & ster, fit hoc nomen MAGISTER, de quibus in Etymologia, quã nunc docemus.

Harum dictionum genera, quę vulgo vocantur partes orationis, octo sunt: Nomẽ, Pronomẽ, Verbũ, Participiũ, Præpositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio.

Harũ priores quattuor declinãtur, Nomẽ, Pronomẽ, Verbũ, Participiũ, reliquæ nõ declinãt, Prępositio, Aduerbiũ, Interiectio, Cõiunctio.

DE NOMINE.

NOmẽ est, quod declinatur per casus, & non significat cũ tempore: vt, Musa, Musę.

Nomẽ est duplex substantiũ, & Adiectiuũ.

Substantiuum est, quod declinatur per vnum arti-

articulum, vt hic dominus, vel per duos tantum, vt, hic & hæc homo. Adiectiuũ est quod declinatus per tres articulos, vt, hic & hæc & hoc felix: vel per tres diuersas terminationes, vt bonus, bona, bonũ. Nomen substantium est duplex, proprium, & appellatiuum. Propriũ est, quod vni tantum conuenit, vt, Antonius. Appellatiuũ, quod multis conuenit, vt, vir.

Nominis attributa sex sunt, Genus, Declinatio, Casus Numerus, Species, & Figura.

1 Genera nominum quinque snnt: Masculinum, Femininum, Neutrum, Cõmune duũ, & Commune trium. Masculino præponitur, hic, Feminino, hęc, Neutro hoc, Communi duum, hic & hęc, Communi trium, hic & hęc & hoc.

2 Declinationes nominum quinque sunt prime, quę mittit genitiuũ in, ę, dipthongon, vt, musa. æ. Secũda in, i, vt, dominus, domini. Tertia in, is, vt, sermo, sermonis. Quarta in, us, vt, sensus, sensus. Quincta in, ei, vt, dies, diei.

3 Casus nominũ septem sunt, Nominatiuus, Genetiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus, & Effectiuus.

4 Numeri nominum duo sunt singularis cũ de vno tantum loquimur: Multitudinis cũ de pluribus.

5 Species nominum duplex est: Primitiua, quę non ducitur aliunde, vt vrbs, mons: Deriuata, quę ab alio nomine manat, vt vrbanus, ab vrbe, montanus a monte.

6 Fi-

6 Figurę nominum duæ ſunt, Simplex, quę diuidi nō poteſt in partes ſignificantes, vt, iuſtus, Cōpoſita, quæ diuidi poteſt, vt iniuſtus.

DE PRONOMINE.

PRonomen eſt, quod declinatur per caſus, & ponitur loco nominis, vt, ego, tu, ille, Et ſunt illa quindecim tantum.

Pronominis attributa ſeptē ſunt, Species, Declinatio, Genus, Caſus, Perſona, Numerus, & Figura.

1 Species pronominum duplex eſt: Primitiua, vt, ego, tu, ſui, hic, iſte, ille, ipſe, & is: Deriuata, vt, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter noſtras, & veſtras.

2 Declinationes pronominū quattuor ſunt: prima, quę mittit genitiuum, in, i, vt, ego, mei tui, ſui. Secunda in, ius, vt, hic, huius, iſte, iſtius, ille, illius. Tertia in, i, ę, i, vt, meus mea, meum, mei, meę, mei: tuus, tua, tuū, tui, tuę, tui, Quarta in, is, vt noſtras, noſtratis, veſtras, veſtratis.

3 Genera vt in Nomine, &c.

4 Caſus vt in Nomine, &c. Sed vocandi caſum tantum habent quattuor, tu, meus, noſter, & noſtras: reliqua carent.

5 Perſonæ pronominum tres ſunt: prima vt ego: ſecūda: vt tu; tertia, vt, ſui, & cetera pronomina, omneſq. nominatiui: pręter ipſe ipſa, ipſum, quod triumperſonarum officio fungitur. Vocatiui vero omnes ſunt ſecundæ perſonæ.

6 Numeri vt in Nomine, &c.

7 Figuræ vt in Nomine, simplex, vt ego: composita, vt egomet.

DE VERBO.

VErbum est, quod declinatur per modos, & tempora sine casu actionem, passionemue significans: vt amo, amas, amare: amor, amaris.

Verbum aliud personale, quod habet omnes numeros, & personas, vt, amo: aliud impersonale, quod, ijsdem caret, vt tædet, viuitur.

Verbi attributa sunt octo, Genus. Coniugatio, Modus, Tempus, Numerus, Persona, Species, & Figura.

1 Genera verborum quinque sunt, Actiuum, Passiuum, Neutrum, Deponẽs, & Commune. Actiuũ verbũ est illud, quod desinit in, o & habet passiuum in, or, vt amo, doceo, lego, audioq; Passiuũ est illud, ꝙ desinit in, or, & habet actiuũ in o, vt amor, doceor, legor, audior. Neutrũ est illud, ꝙ desinit in, o, & nõ habet passiuũ in or, vt, ambulo, sedeo, scãdo, eo: Deponẽs est, ꝙ desinit in, or, & nõ habet actiuũ, in, o, sed retinet actiui tantũ: significationẽ: vt arbitror, *yo pens*, loquor, *yo parle*. Cõmune est illud, quod desinit in, or, & nõ habet actiuũ in, o, sed retinet significationẽ actiui, & passiui: vt, interpretor, *yo declar, y so declarat*, cõplector, *yo abras y sô abrassat*

2 Cõiugationes verborũ quattuor sunt prima, quæ habet a, productã ante re in infinitiuo, & secundã personã præsentis indicatiui in, as, in voce actiua, et, aris, in passiua, vt amo, amas, amare;

mare: amor, amaris. Secunda, habet, e, productā ante re, & secundā personas in, es, in actiua, & eris, producta penultima in passiua: vt doceo, doces, docere: doceor, doceris. Tertia quę habet, e, correptā ante re, & secundā personā, in, is, in actiua, & eris, penultima correpta in passiua: vt, lego, legis, legere: legor, legeris. Quarta, quæ habet, i, productā ante re, & secūdā personā in, is, in actiua, & iris, producta penultima in passiua: vt audio, audis, audire: audior, audiris.

3 Modi verborū quinq; sūt, Indicatiuus, Imperatiu⁹, Optatiuus, Subiūctiuus, & infinitiuus.

4 Tēpora verborū quinq. sunt, Præsens, Præteritū imperfectum, Præteritū perfectū, Præteritū plusquā perfectum, & Futurum.

5 Numeri duo; singularis, vt amo, pluralis, vt amamus.

6 Personæ tres: prima, vt, amo, secunda, vt amas, tertia, vt amat.

7 Species duplex, primitiua, vt, frigeo, deriuata, vt frigesco.

8 Figuræ verborū tres sunt: Simplex, vt, linquo: Composita, vt, relinquo: De composita, vt derelinquo.

DE PARTICIPIO.

PArticipiū est, ꝙ declinatur per casus cū tempore, & deriuatur a verbo semper: vt amās amaturus, breuitatis, & elegātiæ causa inuētū. Participij attributa septē sunt, Tēpus, Significatio, Declinatio, Genus, Casus, Numerus, et Figura.

Figura.

1. Tempora participiorũ tria ſunt: Præſens, vt, amans, docens, Præteritum, vt, amatus: Futurũ vt, amaturus, amandus.

2 Significationes participiorũ duæ sũt: agẽs, vt amãs, amaturus: patiẽs, vt, amatus, amandus.

3 Declinationes participiorum ad tres declinationes priores Nominum referuntur.

4 Genera vt in Nomine &c.

5 Caſus vt in Nomine &c.

6 Numeri vt in Nomine &c.

7 Figuræ vt in Nomine, Pronomine. &c.

DE PRAEPOSITIONE.

PRæpoſitio eſt, quæ præponitur nomini per appoſitionem, & alijs etiam partibus per cõpoſitionem: vt, adeo ad ſcholam.

Præpoſitionis attributa duo ſunt: Caſus, & Figura.

1 Caſus præpoſitionũm tres, Genitiuus, Accuſatiuus, & Ablatiuus.

Genitiuo deſeruiunt pridie, poſtridie, tenus,

Accuſatiuo deſeruiunt, Ad, apud, ante aduerſus, aduerſũ, cis, citra, circũ, circa, circiter, cõtra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob pone per, propter, prope, proprius, proxime, pridie, poſtridie, procul, poſt, præter, penes, ſupra, ſecundum, ſecus, trans, vſque, vltra, verſus verſum.

Ablatiuo deſeruiũt; a, ab, abs, abſq. cũ, coram, clã, de, e, ex, pro, præ, palam, ſine, tenus.

Accu-

Accusatiuo, vel Ablatiuo deseruientes sunt, in, sub, super, & subter.

Præpositiones, quæ tantum in compositione reperiuntur, sunt, an, con, dis, di, re se.

2 Figura præpositionum duplex: Simplex, vt, ab: Composita, vt, absq.

DE ADVERBIO.

ADuerbium est, quod additum verbo, nomini, aut participio, significationem eius auget aut minuit, aut mutat: vt, valde amat, minus amat, non amat: satis doctus.

Attributa aduerbiorum tria sunt, significatio, Species, & Figura.

1 *Significationes aduerbiorum fere* 23.

AFfirmãdi: vt, etiã, certe, profecto, sane, plane, prorsus, adeo, nẽpe, vtique, nimirũ, scilicet, videlicet, ilicet, ne, quidẽ, & equidẽ pro certe.

Comparandi: vt, magis, minus, maxime, minime, tanquam, tãtum, quantum, ęque, & ac, pro tam & quam.

Congregandi: vt, simul, vna, pariter, vniuersim, coniunctim, collectim, generatim, non solum, nõ tantum, non modo, sedetiam, verum etiam.

Demonstrandi: vt, en, ecce.

Dubitandi: vt, forte, fortasse, forsan, forsitan, fors, fortasis.

Eligendi: vt potius, potissimum, immo, quinimmo, satius.

Euẽtus: vt, forte, fortuito, casu, forte fortuna.

Hortandi: vt, eia, age, agite, agedum, agite-

dum, ehodum, sodes, sultis, amabo; amabo te, obse tro te.

Intendendi: vt, valde, perquam, longe, prorsus, penitus, omnino, magnopere, impense, apprime, & bene, male, peius, pessime, admodum, adeo pro valde.

Interrogādi: vt, cur? quare? quin, pro cur nō? quid ita? quia nā, pro cur? quamobrem? quomodo? ecquid? quo, pro adquid? vnde? quantum? quam, pro quantum?

Iurandi: vt, hercle mehercule, pol, ædepol, castor, ecastor, mediusfidius.

Loci: vt, vbi, quo, vnde, qua, quorsum, quousq;, & quæ his respondent: vt, hic, istic, illic &c. huc, istuc, illuc &c. hinc, istinc, illinc, &c. hac, istac, illac &c. horsum, istorsum, illorsum, &c.

Negandi: vt, nō, haud, minime, nequaquam, parum, pro non, vel non satis.

Numeri: vt, semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, &c.

Ordinis: vt primum, deinde, dehinc, deinceps, præterea, adhæc, imprimis, postremo, deniq; tandem, demum, omnino, insumma, adsummum. Prohibendi: vt, ne.

Qualitatis; vt, docte, pulchre, recte, fortiter, eleganter, bene.

Quantitatis: vt, parum, multum, satis, minime, maxime, summum, modicum, paululum, minimum, plurimum.

Remittendi, vt, vix, ægre, sensim, paulatim, pedetentim. His adde, quæ dicuntur rei non plane per

actæ:

actæ:vt,fere,ferme,pæne.&c.

Separandi:vt,seorsum,segregatim,priuatim egregie,speciatim,secreto,sigillatim.

Similitudinis:vt,ceu,velut,veluti,sicut, tamquã ita,sic,vt,sicuti,quemadmodũ,quasi,vti.

Tẽporis: vt,olim,quando,quondam,quandiu, quandudum,quampridem, quousq; quoties, & quæ his respondent.

Vocandi: vt,heus,o.

2 Species duplex, primitiua,vt,clam, pulchre: deriuata,vt,clanculum,pulcherrime.

3 Figuræ duæ sunt:simplex,vt,inde: composita,vt,deinde.

DE INTERIECTIONE.

INteriectio est,quæ aliquem mentis affectum significat,voce incondita:vt hei,heu.

Huius vnum tantum est attributum, Significatio,quę est multiplex.

Abhorrentis: vt, phy.
Abijcientis: vt, apage.
Admirantis : vt, papę!
Attestantis: vt,proh.
Indicantis silẽtiũ:vt,st,
Indignantis:vt,vah,
Laudantis:vt, euge.
Minantis:vt,væ.
Optantis: vt,vtinam.
Dolentis:vt,hei,heu.
Exclamantis:vt,ohe.
Pauẽtis:vt,at,at.
Perculsi:vt,au.
Ridentis:vt,ha,ha,hę.
Sciscitantis:vt, amabo.
Vocãtis:vt,ehodum.

DE CONIVNCTIONE.

COniunctio est, quæ diuersas partes orationis cõiũgit:vt,Põpeius,& Cæsar:amat,& docet.

Coniunctionum attributa tria sunt, Significa-

tio, ordo, & Figura.

1 *Significationes Coniunctionum fere. 6.*

ADuersantes: vt, at, sed, tamen, etsi, quamquam, licet, quamuis, verum.

Colligentes: vt, ergo, igitur, perinde, quocirca, quare, quamobrem.

Copulantes: vt, et, que, atque, etiam, ac, cũ, tum,

Disiungentes: vt, aut seu, siue, vel, nec, neq.

Explentes, aut ornantes orationem: vt, quidẽ, equidem, sedenim, etenim, enimuero, autem. His adde continuatiuas, vt, præsertim, &c.

Reddentes rationẽ, siuæ causales: vt, nam, quia, enim, etenim, propterea quod, quoniam, quippe, quando, quandoquidem, vt pote, si quidem. His adde finales, vt, quo, vt.

2 Ordo triplex, quędã sẽper præponũtur, vt, et, ac, atq;: quędã perpetuo postponuntur, vt, q̃, ne, enim, vero, quidẽ, quoque, autẽ: quędã vtrumque patiuntur, vt, ergo, igitur, itaque.

3 Figurę duæ: Simplex, vt, nã: cõposita, vt namq;

Ex his octo partib. orationis omnis componitur oratio: vt, MAGISTER DOCET, de qua in Syntaxi alias.

Hæc de attributis.

DECLA-

DECLARATIO DEL GENERO DELS NOMS SEGONS LA METHODO DE Antoni de Nebrissa. Taula primera.

Coneixse lo Genero dels Noms, vltra dela auctoritat dels auctors, en dues maneras: la primera ab la Significatio, y la segona (per als noms de cosas inanimadas) ab la Terminatio. Pera la Significatio aporte Antoni nou regles seguents.

1. Femina, masque genus nullo monstrante reponunt.

1. LOS noms que significan mascle, son masculins: y los que significan femella, son feminins: los quals naturalment coneixem, sens que ninguns ho ensenye.

Noms de mascles.
- Propris: vt, hic
  - *Petrus*
  - *Iacobus*
  - *Iohannes*
  - *Hieronymus*
  - *Cæsar*
  - *Parmeno*
  - *Charea*
  - *Phadria*
  - *Clinia, &c.*

Noms de femellas.
- Propris, vt, hæc
  - *Eulalia*
  - *Emerentiana*
  - *Tullia*
  - *Glycerium*
  - *Phanium*
  - *Thais*
  - *Pythias*
  - *Erythraa*
  - *Terentia, &c.*

Apellatius: vt, hic: *pater*, *frater*, *puer*, *magister*, *prator*, *bibliopola*, *pharmacopola, &c.*

Apellatiꝰ: vt, hæc: *Vxor*, *soror*, *mater*, *nutrix*, *obstetrix*, *lauatrix*, *genitrix, &c.*

2. Mascula sunto tibi quasi mascula, &c.

2. LOS noms fingits de cosa masculina, son masculins: y los fingits de cosa femininia, son femins.

Los fingits de cosa masculina son en tres maneres.

- 1 de Deꝰ: vt, hic: *Iupiter*, *Neptunus*, *Mars*, *Aeolus*, *Saturnus*, *Mercurius*, *Vulcans*, *Pluto, &c*
- 2 de vẽts: vt, hic: *Subsolanus*, *Fauonius*, *Auster*, *Septentrio*, *Boreas*, *Aquilo*, *Eurus. &c.*
- 3 de Sperits:
  - bons: vt, hic: *Michaël*, *Gabriel*, *Raphaël*, *Vriel, &c.*
  - mals: vt, hic: *Lucifer*, *Satanas*, *Belsebub, &c,*

Los fingits de cosa feminina se poden dir en finc maneres.

- 1 de Deessas: vt, hęc: *Pallas*, *Iuno*, *Venus*, *Tellus*, *Minerua*, *Diana*, *Vesta*, *Ceres, etc*
- 2 de Nimphas: vt: hęc: *Nais*, *Thetis*, *Deiopeia*, *Amphyro*, *Petraa*, *Eudora*, *Prymno*, *Styx*, *Menesto*, *&c.*
- 3 de Musas: vt hęc: *Clio*, *Euterpe*, *Thalia*, *Melpome(ne*, *Terpsi-*

		Terpsichore
		Erato
		Polymnia
4		*Vrania*
de Parcas: vt hæc		*Calliope*
		Clotho
		Lachesis
5		*Atropos*
de Furies: vt, hæc		*Alecto*
		Tisiphone
		Megara

3. Est duplici genere recipit, &c.

3. LOS noms que signifiquen cosa masculina, y femenina tot junt, son communs de dos llinatges, ayxi cõ, hic, & hæc *senex, testis, adolescẽs, exul, canis, prases, ciuis, homo fur, &c.* Entense quant per lo femini no tenim vocable, q̃ baixe del masculi, &c.

4. Est commune trium quod adhæc iungis, &c.

4. LOS noms que significan cosa masculina, y cosa femenina, y cosa neutra (com ho es tota cosa inanimada) tot plegat, son comũs de tres generos, ayxi cõ hic, & hæc & hoc, *felix, prudens, clemẽs loquax, audax, atrox, bibax, recẽs, ingens, inops, &c.* Entense que lo nom sie de vna sola terminatio, &c.

5. Menses cum fluuijs sexu distin: &c.

5. Los moms de mesos, y de rius son masculins.

De mesos: vt hic	*Ianuarius*	*Augustus*, aut	De rius: vt, hic	*Rhenus*
	Februarius	*Sextilis*		*Iordanis*
	Martius	*Septẽber*		*Nilus*
	Aprilis	*October*		*Arar*
	Maius	*Nouẽber*		*Euphrates*
	Iunius	*Decẽber*		*Tiber*
	Iulius, aut			*Cinca*
	Quinctilis			*Garumna*
				Sequana, &c.

6. Arboris est nomen muliebre.&c.

6. Los nõs de arbres son feminins: vt, hæc { *prunus*, *ficus*, *laurus*, *pyrius*, *cerasus*, *lotus*, *fagus*, *abies*, *iuniperus*, *iuglans.* &c. }

Exceptiõs.2. {
1. Masculins son aquestos tres, *rubus*, *dumus*, *oleaster*, (quant se pren per oliuer bort).
2. Neutres aquestos quatre, *siler*, *robur*, *suber*, *laburnum*.
}

7. Insula cincta mari, nauis, cumque &c.

7. LOS noms de Islas del mar, de naus, de ciutats, de poësias, son femenins per la significatio.

de Islas: vt, hæc { *Cyprus*, *Rhodus*, *Baleares*, *Andrus*, *Samus*, *Lemnus*; &c. }

de naus: vt, hæc { *Centaurus*, *Pistris*, *Argo*, *Triton*, *Chimara*, *Tygris.* &c. }

de ciutats: vt, hæc { *Roma*, *Carthago*, *Tarraco*, *Barcino*, *Hispalis*, *Gerunda*, &c. }

de poësias: vt, hæc { *Aeneis*, *Eunuchus*, *Phormio*, *Andria*, *Amphytrio*, *Hecyra*, &c. }

Obseruatio.

De noms de ciutats ni ha alguns de neutres, com, *Toletũ*, *Complutum*, *Lugdunũ* y los demes acabats en, *um*; y altres son masculins, cõ, *Parisij*, *orum*, los quals te ensenyarà lo vs, &c.

8. Dictio

8. Dictio non nomen pro nomine sit tibi,&c.

8. LAS dictions que no son noms,posades en lloch de nom,son neutres,ayxi com,hoc *amare.mentiri;satis, mane.cras,bene,&c.* Y tambe qualseuol troç de oratio,y dictio thecnica,o artificial,&c.

9. Neutras pone notas seu Græcas, &c.

9. LOS noms delas lletras son neutres, ayxi Gregas, cō Latinas: pero en Lati de vegades son femininas. Anaquestas se ajusten tambe las lletras Hebraicas.

Hebraicas: vt,hoc	*Aleph* *Beth* *Guimel* *Daleth,&c.*	Gregas: vt,hoc	*Alpha* *Beta* *Gamma* *Delta,etc.*	Latinas: vt,hoc, velhæc	*a* *b* *c* *d* *e* *f* *&c.*

Asi acaben les regles dela Significatio.

LAS REGLAS DELA TERMINATIO.

Letras terminals.	Terminatiōs.	Genero.	Exēples.	Exceptiōs.
14.				
Vocals. A	feminis: vt, hæc		*tunica* *mensa* *mappa* *lacryma* *penna* *rima* *caussa* *gratia* *fabula* — 4	1. Masculins son aqstos dotze, *popa*, (quāt se pren per la graxessa del vētre) *scriba,lanista.scurra, lixa, adria* (quant se pren per lo mar de Venecia,) *vacca,pansa,verna, rabula,cacula.agrippa.*

Nomen quod sit in,a,finitum,&c.

 epistola

epistola
via
littera
platea
pagina
fenestra
subucula, &c.

2. Y tãbe los noms Llatins acabats en, *a*, q̃ venẽ de nõs Grechs acabats en, *es*, si tenẽ femini acabat en *tria*, o, en, *is*, cõ hic, *poëta, planeta, nauta. sophista, psalta*, etc. q̃ tenẽ, *poëtis poëtria, etc*

3. Neutres son los de la tercera declnatio, cõ *pascha, chrisma, poëma emblema, toreuma, dogma, drama, &c.*

4. Comuns de dos son los cõposts de Verbs: cõ, *agricola, calicola, aduena, pedissequa, cõuiua, &c.*

Neutrum nomen in, e, &c.

E---neutres: vt, hoc *mare*, *mantile*, *altare*, *monile*, *cubile*, *agnile*, *sutile*, *ouile*, *caprile, etc.*

1 Feminins son tots los Grechs, com, hæc, *Pentecoste, epitome, Grammatice, Ethice, Arithmetice, Dialectice, Musice, Physice, &c.*

Vnum nomen in, i sed, neut. &c.

I---neutre es (diu) sols aquest nom, *gummi*, Aiustan hi alguns, *sinapi*,

O finita

O finirt dabis maribus, velut vnio, &c.

O — Mascu-lins: vt, hic
- *sermo*
- *carbo*
- *tiro*
- *titio*
- *turbo*
- *pugio*
- *vespertilio* — 6
- *opilio*
- *vnio*, si se pren per pedra fina, &c,

6:

1. Feminins son los acabats en, *io* sino significan cosa corporea, com, *lectio, oratio, ratio, passio, venatio, coniunctio, perfectio, positio, terminatio, &c.*
2. Y tābe aquestos tres, *caro, cenatio, portio.*
3. Y tambe los acabats en, *do*, com, *dulcedo, fortitudo, pulchritudo, similitudo, amplitudo, valetudo, &c.* 1. Exceptats aquestos deu, q̃ son masculins, *predo, ordo, pedo, comedo, spado, vdo, cardo, cerdo, cudo, burdo.*
4. Y tambe los acabats en, *go*, com, *imago, virago, virgo, borrago, sartago, farrago, &c.* 1. Exceptats aquestos tres masculins, *harpago, mango, ligo.*
5. Comuns de dos son aquestos, tres, *homo, nemo, latro.*
6. Comu de tres, es aq̃st nom, *praesto.*

Neutrum nomen in,u,cornu, &c.

V——-neutres: vt, hoc { *cornu* / *gelu* / *veru* / *genu*, &c.

C.D. neutra dabis, reperis tamen &c.

Consinants

C——--neutres: vt, hoc { *lac* / *halec*, &c. } de aquestos ni hapochs.

D—— neutres: vt, hoc { *quid* / *aliud*, &c.

Al neutrum pones, &c.

1. L-1. al- neutres: vt, hoc { *animal* / *tribunal*—1. / *ceruical* / *minerual* .etc } Masculi es aquest nõ *al*, *is*.

Et duo sunt neutris cum melle fel, &c.

2.el.— neutres, aquestos dos, *mel*, y *fel*.

Nil, nihil est neutrum: vigil, &c.

3.il.— neutres, aquestos dos, *nil*, y *nihil* : comuns de dos, *vigil*, y *pugil*.

Solus in ol, est sol.

4.ol.—masculi, sols aquest nom, *sol*, *is*.

Hic consul dicitur esse. &c.

5.ul.—masculi, aquest nom, *consul*: comuns de dos, *presul*, y *exul*.

Sit commune trium tibi nequam, &c.

2.M.—1.am.— comu de tres sols aquest nom, *nequam*, inuariable.

Vm,

Vm, neutris iunges: exemplo sit &c.

3. um. — neutres: vt, hoc: { *tēplum signum bellum pallium exēplū regnum tectum scamnum verbū suppliciū donū pomū, &c.* }

Græcum nomen in an. &c.

4. N. — 1. an. — masculis, y Grechs: vt, hic, *titan, pean, acarnan, &c.*

Et dabitur neutris. &c.

2. en. — nentres: vt, hoc { *carmen certamen nomen. -2. inuamen numen flumē. &c.* } { 1 Masculins son aqstos vuyt, *lichen, ren, splē, lien, attagen, pectē, flamen, hymen.* 2 Y tambe los cōposts del verb, *cano, is,* com *liricen, cornicen, tibicen, tubicen, &c.* }

Græcum nomen in, in, &c.

3. in. — masculins, y Grechs, com, hic, *delphin, salamin, cherubin, seraphin.*

Nomen in, on, Græcum tibi sit, marib. &c.

4. on. — masculins: y grechs vt, hic { *canon damon diapasson* — 2. { 1 Feminis hi havns quants, cō. hæc, *barbitō, syndo, &c.* 2 Neutres tots los q̃ nos declinā per la tercera declinatio com hoc, *ilion, ij, epitetō, i. antiteton, i. &c.* } *diatessarō, &c.* }

Nomen

Nomen in,ar,neutrum,&c.

5.R. — 1.ar.–neutres: vt,hoc { *coclear*, *puluinar*, *calcar*, *torcular*, *lupanar*, &c. } —1. { Comude tres es aquest nom, *par*, ab tots los seus composts,com, *impar*, *compar*, *dispar*, *separ*, &c. }

Er,finita tibi sint mascula.&c.

2.er.– masculins: vt,hic { *ager*, *anser*, *passer*, *culter*, *venter*, *vter*, &c. } —3. {
1. Neutres son aquestos tretze noms, *spinter*, *iter*, *ruder*, *lasser*, *piper*, *papauer*, *ver*, *siser*, *vber*; *cicer*, *cadauer*, *zinziber*, *suber*.
2. Femini es aquest nom, *lynther*, ayxi com ho es, *mater*, *tris*.
3. Comuns de dos son aquestos quatre, *pauper* *puber*, *degener*, *vber*. etc. }

Ir,maribus junges,&c.

3.ir.— masculins vt,hic { *vir*, *leuir*, *treuir*, *duumuir*, *triumuir*, *martyr*, &c. } —1. { Neutres,son aquestos dos, *ir*, y *Gadir*. }

Mascula sunt & in,or.&c.

{ *amor*

{
1. Femini es aquest nom, *arbor*.
2. Neutres son aquestos quatre, *cor*, *ador*, *aquor*, *marmor*.

dolor

4. or.--masculinis: vt, hic { *dolor*, *color*, *timor*, *stridor*--5., *pudor*, *atror*, *albor*, *nigror*, *sudor*, *candor*, *rumor*, &c }

3. Comuns de dos son los comparatius (entense en la primera veu) aixi com, hic, & hæc, *albior*, *brevior*, *certior*, *doctior*, *prudẽtior*, &c.

4. Y tãbe aquestos dos noms substãtius, *menor*, y *auctor*.

5. Y tambe los compostS de aqst nõ, *corpus*, ayxi com, hic, & hęc, *tricorpor*, *bicorpor*, &c. y de aquest nõ, *color* ayxi com, *decolor*, *bicolor*, &c. y de aquest nõ, *decus*, ayxi com, *indecor*, *dedecor*, &c

Vr, neutrale dabis. &c.

5. ur.--neutres: vt, hoc { *robur*, *ebur*, *guttur*, *sulphur*--2., *fulgur*, *murmur*, *secur*; &c. }

1. Masculins son aquestos sinch, *turtur* (cõ se vulla ques prẽga per lo ocell, o per lo peix) *vultur*, *satur*, *astur*, *anxur*.

2. Comuns de dos son aquestor tres, *fur*, *ligur*, *augur*.

Femi-

Femineum pones quod in,as,finitur,&c.

8.S.--1.as.-- feminins: vt,hec *aestas*, *aetas*, *voluntas*, *voluptas*, *maiestas* -4. *dignitas*, *castitas*, *caritas*, *honestas*, &c.

1. Masculins son aquestos tres, *as*, *vas* (quãt fa enlo genitiu, *vadis*) y *mas*.
2. Neutres son aqstos tres, *vas*,) quãt fa en lo genitiu, *vasis*) *fas*, y *nefas*.
3. Los noms que significã gent son comũs de tres, com, hic, & hæc,& hoc *Arpinas*, *Aquinas* *Tolosas*, *Cassinas*, *Tolentinas*, *etc.*
4. Dels nõs Grechs acabats en,as,part sõ masculins,com,hic, *gigas*, *elephas*, *adamas antis*, &c. y part dells, son feminins, com,hæc *monas*, *decas*, *heptas*, *pallas*, *hebdomas*, *adis*. &c.

Esto nomen in, es,muliebre, &c.

fames

1. Masculins son aquestos setze, *limes*, *pes*, *fomes*, *termes*, *palmes* *trames*, *gurges*, *merges* *verres*, *poples*, *magnes*, *paries*, *aries*, *stipes*, *cespes*, *satelles*.
2. Y tambe aquest nõ, *dies*, quãt se prẽ per temps cert, y lo seu

moles

2.es.--feminins : vt hæc
- *moles*
- *res*
- *quies*
- *requies*
- *indoles*
- *indoles.*
- *soboles* — 5.
- *sedes*
- *proles*
- *progenies*
- *leges*
- *pernicies*
- *scabies*
- *spes*
- *fides, &c.*

compost, *meridies.*
3. Y tambe los noms Grechs de la primera declinatio, ayxi cō, *Acamaies, a, &c.* o de la tercera, ayxi cō, hic, *lebes, etis, tapes, etis, tares, etis, &c*
4. Cumūs de dos son aquestos vint y hu, *mites, comes, superstes antistes, cocles, diues, hospes, sospes, pedes, interpres eques, indiges, heres, hebes, teres, prapes, locuples, perpes, ales, inquies vates.*
5. Y tābe los composts de aquest nom, *pes* ayxi com, *ipes, vulpes, bipes quadrupes, &c.* y de aqst verb, *sedeo, es* com, *prases, obses, deses, &c.*

Est quoque nomen in, is muliebre, &c.

canis

1. Masculins son aquestos vint y sis, *corbis, aqilis, fascis, piscis, axis, collis, vermis, callis, follis, ensis, mensis, vectis postis, glis, fustis, anguis, torris, caulis, lapis, vnguis, torquis, orbis, sanguis, cucumis, vomis, puluis.*

C vectis

3.is. —feminins: vt, hęc { *vestis*, *lis*, *nauis*, *turris*, *pupis*, *bilis*, *classis*, *febris*, *clauis*, *Syntaxis*, *prolepsis, &c.* } — 6. {

2. Y tambe aquestos tres, *lybis*, *canalis*, *aqualis*, los quals nōs los altres Grammatichs callan.
3. Y tābe sō masculins los qui tenē, *n*, abās del, *is*, ayxi cō, hic, *panis*, *cinis*, *ignis*, *etc.*
4. Y tābe los cōposts de a q̄st nō, *as*, *assis*, ayxi com, hic *bessis*, *cētussis*, *decussis*, *etc.*
5. Comūs de dos son los adiectius (entense en la primera veu acabada en, *is*.) aixi com, hic, & hęc, *breuis*, *omnis*, *singularis*, *mitis*, *exanguis*, *fortis* *dulcis*, *&c.*
6. Y tābe aq̄stos vuyt substātius, *tricuspis*, *sānis*, *dis*, *iuuenis*, *ciuis*, *testis*, *canis*, *hostis*

Nomen in, os, dabitur maribus. &c.

4.os. —masculins: vt, hic { *lepos*, *mos*, *flos*, *ros*, *rhinoceros*, *monoceros, etc.* } — 4. {

1. Feminins sō aq̄stos dos, *dos*, y *cos*.
2. Neutres son aq̄stos sinch, *epos*, *argos*, *chaos*, *melos*, *os*, a, yxi sis pren per la boca, cō per lo os.
3. Comuns de dos son aquestos tres, *bos*, *custos*,

custos, y *sacerdos*.

4. Y tambe aquestos dos, *compos*, *impos*, cō composts del nom adiectiui *potis*, & *pote*.

Vs, declinatum per quartam, siue secun. &c.

5. us. masculins: vt, hic

de la segona: *dominus*, *animus*, *calceus*, *ceruus*, *oculus*, *pileus*, *pugnus*, *seruus*, *cibus*, *Deus*, *fluuius*, *amicus*, &c.

de la quarta: *sensus*, *visus*, *auditus*, *olfactus*, *pastus*, *tactus*, *odoratus*.

1. Feminins son aquestos deu, *alnus*, *humus*, *vannus*, *ficus*, *domus*, *colus*, *porticus*, *tribus*, *iacus*, *manus*.

2. Los noms Latins acabats en, *us*, que baixen de Grechs acabats en *os*, son tambe feminins com hæc, *papyrus*, *crystallus*, *methodus tropus*, *periodus*,

Los quals algunes vegades tambe son masculins.

3. Neutres son aquestos tres, *virus*, *vulgus*, *pelagus*.

4. Los noms ques declinan per la tercera declinatio son neutres, ayxi com, hoc; *ornatus*

ornatus
tumultus
vestitus
casus
aduentus,
&c.

tempus, *corpus*, *pectus*, *nemus*, *genus*, *munus*, *onus latus*, *funus*, *sidus*, *fœdus*, *visceus &c.*
1 Exceptats dos masculins, *lepus*, y *mus*. 2. Y lo Grech, *pus*, podos, ab los seus composts, com, hic, *tripus*, *ædipus*, *melāpus*, *&c*
3. Y aqstos nou feminins, *virtus*, *iuuentus*, *palus*, *salus*, *seruitus*, *pecus* (quant fa en lo genitiu, pecudis) *incus*, *subscus*, *senectus*.
4. Y aqstos dos adiectius, *vetus*, y *intercus*. 5. Y tambe aquestos tres substantius comuns de dos, *sus*, *ligus*, *grus*.

Masculus est hic præs: sed &c.

6. æs, diphtongo.--masculi aquest nom, *præs*: neutre aquest nom, *æs*.

Et duo feminea laus laudis, &c.

7. aus, diphtongon. --feminins aquestos dos, *laus*, y *fraus*.

S, muliebre

S, muliebre datur, si consona. &c.

S. Los qui tenen lletra cōsonant abās de la, s. -- feminins: vt, hæc { *plebs*, *trabs*, *puls*, *hiems*, *mens*, *lens* --- s. *seps*, *mors*, *ars*, *pars*, *gryphs*, &c. }

{ 1. Nasculins son aqstos set, *fons*, *dens*, *pons*, *seps*, (quāt le pren per serpēt) *mos*, *calybs*, *arabs*.
2. Y tambe los que tenē, *p*. abans, de la, *s*. si son de moltes syllabas, ay xi com, *hydrops*, *merops* *cyclops*, &c.
3. Y tambe los que signi fican les parts del nō, as, assis, ay xi, cō hic *triens*, *quadrans*, *quincuns*, *decuns*, &c.
4. Comūs de dos son aquestos sinch, *calebs*, *princeps*, *infans*, *bifrōs*, *parens*.
5. Comūs de tres sō tots los adiectius, cō, *prudens*, *clemēs*, *misericors*, *inops*, &c. }

Neutrum pone caput, &c.

T --- neutes, aquestos sinch, *caput*, *git*, *sinciput*, *occiput*, *frit*.

Si monosyllaba sunt, & in, x, finita. &c.

X de vna syllaba. -- feminins: vt, hæc { *pax*, *pix*, *crux*, *nox*, *nix*, *nux* --- 2. *fox*, *fax* }

{ 1. Masculins son aquestos sinch, *Thrax*, *Phryx*, *rex*, *grex*, y *calx*, quant vol dir lo talo dl peu. }

fax, *nex*, *lex*, &c. — 2 Comuns de dos son aquestos dos, *dux*, y *coniunx*.

Sunt polysyllaba in, ax, tibi tantum, &c.

1. ax, de moltas syllabas. — masculins aquestos sis: *torax*, *nycticorax*, *limax*, *drapax*, *torax*, *abax*. — Feminins son aquestos dos: *smilax*, *fornax*.

Ex, finita tibi sunt mascula.

2. ex. — masculins: vt, hic *iudex*, *index*, *culex*, *pulex*, *apex*, *remex*, *vernex*, &c. — 1. Feminins sō aquestos sis, *halex*, *forpex*, *vibex*, *carex*, *imbrex*, *supellex*.

Quod fit in, ix, nomen mulieb. &c.

3. ix. — feminins: vt, hæc *lodix*, *radix*, *cicatrix*, *cornix*, *perdix*, *coturnix*, &c. — 1. Masculins son aquestos honze, *fornix*, *cilix*, *phœnix*, *onix*, *mastix*, *iapix*, *calix*, *oryx*, *natrix*, *carix*, *varix*.

Voluox quoque iungitur, &c.

4. ox. — Masculi es aquest nom, *Voluox*; feminins aquestos dos, *solox*, *yce lox*.

Adiectiua triū communia dicimus esse.

LOS nōs adiectius sempre son comuns de tres en qualseuol terminatio, ayxi com, hic, & hæc, & hoc *loquax*, *audax*, *bibax*, *felix*, *atrox*, *trux*, &c.

Summa

Summa de totes les Terminations. reduides a tres reglas.

Masculins son tots los noms acabats en.

o.ol.ul.an.in.on.ir.er.or.os.us.ex. ox.

Feminins son.

a.as.es.is.aus.los qui tenẽ lletra consonãt ans de la,s.x,de vna syllaba.ix,de moltes syllabas.

Neutres son.

e.i.u.c.d.al.el.il.um,en.ar.ur. us, de la tercera.t.

Ambigui generis tibi tradunt pauca,&c.

Del genero Dubio sen troben en cada terminatio entre bons auctors Latins,com.

a. { *talpa*, *dama*, *panthera.* }
o. { *cupido*, *margo*, *bubo.* }
is. { *finis*, *puluis*, *clunis*, *torquis.* }
us. { *pecus*, *penus.* }

bs,ps, { *scrobs*, *adeps.* }
x. { *linx* }
ex. { *cortex*, *silex.*, *pumex*, *latex.* }
ix. { *sardonix.* }

Obseruatio.

LOS noms del genero Promiscuo, o Epiceno (lo qual es quant sota vn llinatge si comprẽ laltre)se reduexiẽ alas reglas dela Terminatio,ayxi com,hæc,*aquila*, *perdix*, *virgo*,*cornix*:hic,*passer*, *miluus*,*anser*,*martyr*,&c.

Finis primæ Tabulæ.

DECLARATIO DE LAS DECLINATIONS DELS noms, Taula segona.

Sinch preceptes comuns a totes les sinch declinations.

1. Compositi formam simplex, &c.

1. LO nom compost se declina conforme lo seu simple, ço es, dela mateixa declinatio que lo simple, y tè vn mateix genitiu ayxi com, *proconsul*, *is*, va per la tercera, com, consul, *impar*, ayxi com, par, *inquies*, ayxi com, quies, *treuir*, ayxi com, vir, i. *celtiber*, ayxi com, iber, eri. y ayxi dels altres. —— Exceptiōs. 4.

1. Aquest nom, *exanguis*, no va com lo seu simple en lo genitiu, encaraque sien tots dela tercera declinatio: perq̃, sanguis, fa, sanguinis, y en lo cōpost diem, hic, & hæc, *exanguis*, & hoc *exangue*, genitiuo, *exanguis*, semblant, y igual desyllabas al nominatiu.

2. Aquestos dos noms, *Vulpes*, y *apes*, en lo genitiu, no van com lo seu simple: perque, pes, fa, pedis, y ells no fã, en, edis, sino que, *vulpes*, fa, *Vulpis*, y *apes*, fa, *apis*.

3. Aquest nom, *impubis*, en lo genitiu tampoc no va com lo seu simple: perq̃ *pubes* fa, *pubis*, y, *impubis* fa, *impuberis*.

4. Aquest nō, *requies* quant à la declinatio no va cōforme lo seu simple: per que

que quies, etis, es de la tercera, y *requies, ei*, es de la quincta.

2. Quartus cum quincto semper recto &c.

2. LOS noms neutres tenen tres casos semblants, Nominatiu, Accusatiu, y Vocatiu: los quals en lo numero plural sempre se acaben en, a, ayxi com, Nominat. hoc, *templum*, Accus. *templum*, Vocat. o, *templum*: plurali Nominat. *templa*, Accus. *templa*, Vocat. o *templa*. Hoc *rus* Accus. *rus*, Vocat. o, *rus*. plurali, *rura*, Accus. *rura*, Vocat. o, *rura*. Hoc *altare* Accus. *altare*, Vocat. o, *altare*: plurali *altaria* Accus. *altaria*, Vocat. o, *altaria*. Hoc *emblema*, Accus. *emblema*, Voca. o, *emblema*: plurali, *emblemata*, Accus. *emblemata*, Vocat. o, *emblemata*, &c.

3 Estq. Vocatiuus recto similis prope. &c.

3. LO Vocatiu (casi sempre) es semblant al Nominatiu. ayxi com, Nominatiuo, *musa*, Vocatiuo, o, *musa*, *puer*, o, *puer*, *sermo*, o, *sermo*, *sermones*, o *sermones*, &c. Diu casi sempre, per los nõs de la primera declinatio acabats en, *as*, y en, *es*, que tots fan lo Vocatiu en, *a*. vt *Thomas*, o, *Thoma*, *Anchises* o *Anchisa*: y per los de la segona acabas en, *us*, los quals (cõ despres se dira) fan lo Vocatiu, en, *e*, vt, *dominus*, o, *domine*. &c.

Præterquam quinctæ pluralibus. &c.

4. ALgunes vegades se lleua vna syllaba en los Genitius plurals de cada declinatio (exceptat en la quincta) per la figura, Syncopa com, *cælicolu*, pro, *cælicolarum*: *deũ*, pro, *deorũ*; *mẽsum*, pro *mẽsium*, *passum*, pro, *passuum*. &c. Empero en lo Genitiu plural de aquest nom, *ales*, *itis*, si affig vna, *u*, per la figura Epenthesis. com, *alituum* pro, *alitum*,

5. Tertius.

5. Tertius, & sextus plurales assimil, &c.

5. LO Datiu, y Ablatiu plurals sempre son semblants. com, *musis*, a, *musis*. *dominis*, a, *dominis*. *sermonibus*, a, *sermonibus*, *sensibus*, a, *sensibus*, *diebus*, a *diebus*, &c.

LA PRIMERA DECLINATIO.

Los casos. Terminations. Exemples. Exceptions.

Prima fit in, as, es, sed Græcis, aque, &c.

Los casos	Terminations	Exemples	Exceptions
Nominatiu singular.	*as* *es* *a*.	*Thomas* *Anchises* *musa*	*as*, y *es*, son tant solamẽt pera noins Grechs, &c.

Est genitiuus in, æ, diphtongon, &c.

Los casos	Terminations	Exemples	Exceptions
Genitiu	*æ*, diphtongo	*Thomæ* *Anchisæ* *musæ*.	*ai*, vt, *aulai*, *pictai* *aminai*, &c. *as*, vt *familias*, *curas*, &c. *ius*. vuyt adiectius *vnius*, *solius*, *vllius*, *totius*, *alius*, *alterius*, *vtrius*, *neutrius*.

Pone datiuis, æ, diphtongon, &c.

Los casos	Terminations	Exemples	Exceptions
Datiu.	*æ*, diphtongo	*Thomæ* *Anchisæ* *musæ*.	i. los vuyt adiectius, com, *vni*, *soli*, &c.

Omnibus ex rectis finitur, in, am, &c.

Los casos	Terminations	Exemples
Accusatiu.	am	*Thomam* *Anchisam* *musam*.

Atque

Atque Vocatiuus fit in,a.

Vocatiu. — { *a* — { *Thoma* / *Anchisa* / *musa*

Cui iungito sextum.

Ablatiu. — { *a* — { *Thoma* / *Anchisa* / *musa.*

Rectus pluralis fit in,æ.

Nominatiu plural. — { *æ*,diphtongo. — { *musæ* / *mensæ.*

Genitiuus in,arum.

Genitiu. — { *arum.* — { *musarum* / *mensarum.*

Atque datiuus in,is,finitur,&c.

Datiu. — { is. — { *musis* / *mensis* 1. { Vns quants fan lo datiu plural en,*abus*,cõ,*equa*,*equabus*: *filia*, *filiabus*:*nata*,*natabus*:*mula*,*mulabus*:*dea*, *deabus*:*liberta*, *libertabus*:*amba*,*ambabus*,*dua*, *duabus*. Alguns hi ajusten, *anima*, *animabus*:*famula*,*famulabus*, y los que se encontran en la segona ab lo datiu del masculi, &c.

Accusatiui plurales,as,tibi,&c,

Accusatiu. — { *as* — { *mensas* / *musas.*

Obseruatio

Lo Vocatiu, y Ablatiu ja està declarats en los preceptes communs, tercer, y quint.

LA

LA SEGONA DECLINATIO.

Los casos. Terminations. Exẽples. Exceptions.

Altera dat rectis tibi sex, er, ir, &c,

Nominatiu singular. -- { *er*, *ir*, *ur*, *us*, *um*, *eus*, dipthongo. } { *faber*, *vir*, *satur*, *dominus*, *templum*, *Orpheus*. } — { *eus*, sols es pera noms. Grechs. }

Fit genitiuus in, i, sed, &c.

Genitiu.- { *i*. igual de syllabas al Nominatiu. } { *fabri*. *domini*. *templi*. }

1. Aqstos quinze nõs dela terminatio, *er*, sobrepujan al nominatiu d̃ vna syllaba, *gibber, gibberi: lacer laceri: socer, soceri, asper asperi, adulter, adulteri liber* (quant vol dir lo deu d̃l vi) *liberi, iber, iberi: presbyter presbyteri: liger, ligeri miser, miseri: gener, generi: tener, teneri: prosper, prosperi: dexter, dexteri: puer, pueri*.

2. Y tambe los cõposts del verb, *gero, is* com *armiger, armigeri: penniger, pennigeri &c*.

